Stefanus natione Romanus ex patre Iobio sed. a. 7. m. 5. XXIIII
d. 2. Hic constituit ut sacerdotes et levite vestes sacratas in usu non haberent cotidiano nisi in ecclesia tantum. H. ord. ep. 3. pr. 6. d. 5.

Xystus natione Grecus. ex philosopho sedit annum 1. m. 10 dies 23. Hic ord. ep. 2. pr. 4. di. 7. XXV.
c/ 1. – 10 ex cor.

Dyonisius ex Monacho cuius generationem non potuimus repperire, sed. a. 6. m. 2. d. 4. Hic presbiteris ecclesias dedit et parrochias et dioceses constituit. H. ord. ep. 8. pr. 12. di. 6. XXVI.
c/ portis cod.

Felix natione Romanus ex patre Constantio sed. a. 4. m. 3. d. 25. H. constituit supra memorias martyrum missas celebrare. Hic ord. ep. 5 pr. 9. di. 5. XXVII.

Eutianus natione Tuscus ex patre Marino de civitate Lunis sedit a. 1. m. 1. d. 1. H. const. fruges ut super altare fave et uve benedici. H. ord. ep. 9. pr. 14. di. 5. XXVIII

Gaius natione Dalmata ex genere Diocletiano ex patre Gaio sed. a. 11. m. 4. d. 12. Hic ordines ecclesiasticos disposuit. Hic ord. ep. 5, pr. 26. di 8. XXVIIII

Marcellinus natione Romanus ex patre Proiecto sed. a. 8. m. 3. d. 6. H. ord. ep. 5 pr. 4. diac. 2. XXX.
c/ post X locus vacuus, an prius VII ?

Marcellus natione Romanus ex patre Benedicto de regione Via lata, sed. a. 5. m. 7. d. 21. Hic constituit titulos in urbe Roma propter baptismum et penitentiam. Hic ord. presb. 25, dia. 2. XXXI.

Eusebius natione Grecus ex Medico sed. a. 6. m. 1. d. 3. Huius temporibus inventa est crux Dni nri Ihu Xpi et Iudas baptizatus est. H. ord. ep. 14. pr. 13. di. 3. XXXII.

Melchiadis natione Afer sed. a. 4. H. constituit ut nulla ratione dominico die aut 5. feria ieiunium quis de fidelibus ageret. H. ord. ep. 12. pr. 7. di. 5. XXXIII